Reſp. Sunt *qvatuor termini.* Qvia vocula *vivens in minore* habet *ſtatum*, ſeu ſupponitur Accidentaliter, pro vivente, exiſtente in præſenti. *In majori* verò habet *ampliationem* ſcilicet ad tempus præſens vel futurum, propter verbum futuri temporis, *generabitur*.

Annotatio.

Ampliatio dicitur Philoſophis, qvùm terminus aliqvis contractior ad illam rem extenditur, cui alioqvin non qvadrat. ut: Præceptum: *non occides*, tenet etiam flagrantes odio, conviciantes, maledicentes, *Matth. 5 23. Lexic. Philoſoph. Micrelii pag. 90. Biccius de parvis Logicalibus.*

7. *Nullum rationale eſt lapis:*
O. *Animal, præter brutum, eſt rationale:*
E. *Nullum animal, præter brutum, eſt lapis.*

Reſp. ſunt *qvinq; termini* propter particulam exceptivam, *præter brutum*, qvæ pertinet ad prædicatum.